

CORONA FUNEBRIS
Ad Tumulum
DOROTHEÆ BACHMANNIÆ


RARIORIS EXEMPLI
SANCTISQ. VIRTUTUM ORNAMENTIS
Conspiciuæ Fœminæ,

DN. SEBASTIANI ALISCHERI P.L.C.
Ministri apud Lign. in Petro Paul.

VIGILANTISS.
Maritæ desiderabilis

OPERA
Fautor. & Amicor.
Suspensa.

LIGN. TYPIS SARTORIANIS
A, C, M DC LI,



Viro Reverendo & Clarissimo
DN. SEBASTIANO ALISCHERO

Ecclesie apud Ligios Petro-Paulinae

DIACONO,

Dn. Adfina, Compatri & Amico singulari

Beatum & Soceri venerandi & Ma-

ritae svaviss. Obitum

lugenti.



Vod Socerum & fidam luges ALSCHERE

Maritam,

Rite ALSCHERE tuo fungeris officio.

A DOMINO id factum est; DOMINI agnoscent

da Voluntas,

Qui bene; quicquid agit; qui sapienter agit.

Restituet Socerum tibi, restituetq; Maritam,

Absterget lacrimas dextera dia brevi.

Condol. suam testaturus fac.

GOTFRID GRUNÆUS Celsiss. Ducis

Lignic. Consiliarius & illustris Iohannæi

Inspector.

Sic Tibi, Præco DEI fidissime, sic Tibi sava,

Aunij jubar & lampas amica chori,

Alischere, seras post clades, postq; labores

Mors heu! mors tetra tecta colore notat.

Non sat erat, rapide flamma sensisse furorem,

Non sat erat, gemere: Ah! Bibliotheca fuit!

En! dolor exoritur major, majorq; fatigat

Abrepta chara conjuge cura domum.

Non

Non lachrymas repeto, quibus ora genaeq; fluebant,

Non Tibi, non soboli tristia verba sero.

Verba pij Jobi patienti è mente profecta,

Iova tulit, vestris sint medicina mali.

Nam quam Iova tulit, dedit ante, dabitq; vicissim,

Ultima cum Iovæ buccina, Surge, canet.

Solatij ergo pauca hæc appos.

GOTTFRIED EICHORN.

Quam Pietas, quam Sancta Fides, Constantia Amoris
 Ornabat, Mortis rem, DOROTHEA, subis?

Non Mortis, vitæ sed commoda grata lucrando,

Post Mortem celi tecta beata capis.

Sic MARTHAM sequeris, communi sorte, sororem

Quæ tadis nostris digna corona fuit.

O dulces animæ securis vi vite seclis,

Nos tandem adjunctos Sors eademq; beet!

* * *

DOROTHEA BACHMANO-ALISCHERIA

per anagr.

AH CHARA DORMIS? IN COELO BEATA.

Cur cupiam tristi frustra tua funera cantu

Plangere, dum DORMIS AH mea CHARA Charis?

IN supero Tibi nam præstantia gaudia COELO

Dantur, & excelsæ tecta, BEATA, domus.

Dum vivam his oculis semper tu CHARA manebis,

IN COELO ante Tuum Tota BEATA DEUM.

Singulari Affinitatis & arctioris Amicitie

ex affectu app.

CHRISTIANUS Crumbhorn

p. t. Reipubl. Hainov. ProC.

& Notar.

A 2

Sic-

Siccine Persephones immixta fata Maritam
Eripere Tibi, Fautor amande, Tuam?
Siccine nunc etiam spes chara funera Costa,
Propter & hoc vulnus saucia corda gerit?
Fallor ego expertus, luctus num major haberi,
In mundo major num dolor esse queat?
At Tu, Mystra sacer, cui sunt solamina verbi
Sancti nota satis, pone modum lacrymis;
En Tua post varios casus post crebra pericla
Morbone gaudet salva vigetq; polo.
Certaq; lux veniet, summi qua fida Tonantis
Reddet dextra Tuae Teq; Tuamq; Tibi.

Gondolentiae ergo appos.

JOHANNES GEORGIUS WALTER Med. D.

ET Tua, Vir, liquit terras, Reverende, Jugalis,
Quae Tibi, quaeq; Tuae pulchra corona domus?
Illa quidem terras linquens super astra reposta est,
Fulget ubi aeternae pura corona domus.
Hae spes in CHRISTO nostra est finisq; piorum:
Hae solatioli sat dabit una Tibi.

Condolentiam testaturus appos.

G. WITICHIVS.

Thracius quas Haemus olim neniae bibit stupens
Orpheus quando Marita fata plangens pallide
Fluminum cursus coegit stare, silvas currere,
Saxa, nil tardante mole, lugubres sequi sonos,
Carminumq; victa cantu non-rigere Tenara:
Has ALISCHERI recentat questibus nobis modo
Ebrae fides acerbis. Quicquid hausit fontibus
E Caballinis, sititor non profanus Phocidos,
Impotens hoc omne luctus atq; luctum duplicans
Hoc amor exortat omne: devoret se lesibus
Illud omne, non notandis nigricante calculo.
Quis veteres lugere matrem librorum bibulum?

Nobi-

Nobilem fecunditatis laude, vitis ad modum
Purpurantibus cluentis uvularum gaudiis?
Dulcis illa filiarum, dulcis illa filij
Occidit Parens! Magistra totius piens domus!
Lampadem qua ventilante summa virtutum, suas
Prodidit, pietas, ubiq; splendidum luens, faces,
Igneq; imbuit sacro cara prolis corcula.
Astrica velut chorea sponte solem amant sequi;
Tota sic domus Parentis praevia vestigia.
Quis neget luctum Marite! fida qua fuit viro,
Sive sors amica soles jusfit ire candidos;
Seu dies noverca nubes imbre contraxit gravi.
Inter adversantis ictus atq; sortu vulnera
Post DEVM, medela non est fortior domestico,
CALA quod prudens Marito suggerit, solatio.
Hoc ALISCHERI malagma moris abstulit manus
Nulli parca. Quis querelas improbet ferus Viri
Ferreusq;? Lau bonorum est, res amoris est, suos,
Impetu leti cadentes, flere; cum modo tamen,
Sancta Christianitati quem requirit regula,
Cum dolor sit vita tantum, cum laboru illas,
Optime quando fuisse creditur vulgo notae;
Quid erit infestata morbis semper, agritudine
Semper infecta atq; luctu? Mors duplex sic vivere est,
Tam gravi soluta sorte templa caeli lucida,
Quae nihil lugubre norunt, Vati uxor incolit,
Plena gaudijs DEOq;: Ter quaterq; se videt
Et modum supra beatam, quem capit nec auribus,
Luminum nec sensus ullus, qualis est mortalibus.
Si queat virtute cantus caelitem deducere
Sedibus poli quietis retro in orbis limina,
Velle non debet. Saluti Conjugis minus faveat;
Redditam quicumq; terris optat eximi polo.
Ergo quam nefas gemendo lucis aera sistere;
Hanc inornatam fileri sit nefas, sit lividas
Occupare obliviones femina dotes, nefas,
Aurea dignas tabellae annotari gloria.

A 3

Hoc

Hoc agant novem Camene; Phoebus hoc agat: hoc agant
 Enthepassim Poeta. Non tacebit aureum
 Inter hos plectrum Mariti. Nullius felicius
 Novit eternare famam Conjugii castissimam
 Post rogum, quam quae papyrus vindicat nomen sibi
 Culta à LISCHERI legendam posteri Nepotibus.

VALENTINUS REIMANUS.

EPITAPHIUM.

Filia BACHMANNI, CONJUX ALISCHERIA, Neptis
 Ultima sub tumulo KRENTZHEMIANA cubat.

Cognata necessitudinis impulsu scrib.

BALTHASAR HILDEBRANDI Reip. Lign.

Prætor inferior.

Anno Christi, quo adhuc suspiramus:

MILes CcDat!

GRAB-SCHEIFE.

Sieh ESSEN / so du wilt mit wenigen erfahren

Den Wandel der Natur: Hier dieses Grabes Stein

Zeigt was wir Sterblichen vor schwacher Werkzeig sein.

Es ist die helffe kaum hinweg von Hundert Jahren

Da die JUDEN noch in vollem Flore waren.

Das treue FRANKENLAND schickt' Er zu UNS herein

Den Mann von EULEN-ART; Drauff gab GUDS JUDEN ein

Zu seiner Wohnung raum; Legt dacht' sich zu Paaren

Mit Ihm auch VDEHMEN selbst / nam seine Söhne her

Sab Ihnen Weiber zu. Nun jetzt ist alles leer

Von dieser Eulen Art / kein KRENTZHEIM ist in JUDEN

In VDEHMEN / SCHIEJEN noch auch in FRANKEN-

Die ERZE liegt verscharrt davon in diesen Sand. (AND)

Drumb dencke wie dich auch der Tod bald werde holen!

Hiemit seiner lieben Vorfahren und selbst eigenen

Sterblichkeit ingedenck zu sein /

Sanze dieses

Gottfried Wandis von Büldenhuben.

Doro-

DOROTHEA BACHMANNIA. 968.

in Triang.

NIHIL SOLIDUM. 968

DOROTHEA BACHMANNIA. 877

in ead. Cab. demtâ Dyade

I P S A P I E T A S. 877

Cum Dyade

FLOS MARITI. 877

cum Monade

877

GAUDET AMORE DEI. 877

Hoc ut in orbe NIHIL SOLIDUM; citò deserit orbem
 Cum Sene flore virens; proinde mori melius.

Sic FLOS PHOEBEI CONJUX DOROTHEA MARITI.

Terras quæ PIETAS, deserit, IPSA fuit.

Sordet Ei Cœnum Mundi, dulcescit amœnum

Cœlum; & sic moriens GAUDET AMORE DEI;

Iste Maritales Amor omnes vincit Amores;

Gessit & hocce brevi Mens mea tota frui.

DOROTHEA BACHMANNIA.

Anagr. elisis adspiratis.

AMANDI CORONA BEAT.

Post bene decursum Cursum Meditantis AMANDI

Te super axe Poli dia CORONA BEAT.

DOROTHEA BACHMANNIA.

Anagr. demptâ unâ adspir.

DOMINO CHARA BEATA,

AH CANO, BEATA DORMI.

Sicut chara fuit charo sociata Marito;

Sic etiam DOMINO CHARA, BEATA, fuit;

Hinc illam citius de Mundo convocat ad se;

AH DORMI in placidâ Pace BEATA, CANO.

DOROTHEA BACHMANNIA.

Anagr. demt. un. h.

HÆC DO; MARITA BONA.

DOROTHEA BACHMANNIA.

Anagr. rejectis adspir.

DIC MATRONA EA BONA.

EPITAPHIUM.

Sub scrobe quis recubet tali vis scire, Viator,

En paucis verbis ista notata cape?

Uxor ALISCHERI DOROTHEA hic BACHMANNIA dormit;

HÆC DO; DIC EA MATRONA, MARITA, BONA;

CASPARUS HOFMANUS Elys, P, L, C. & Jur, Pract.

1750 (66)

Epigraphe Sepulchralis.

J. C. S.

DOROTHEÆ BACHMANNIÆ

Maritæ suæ desideratissimæ,

MATRONÆ

PIÆ PUDICÆ SANCTÆ

SANCTAS EXUVIAS,

Theaurum

AURO & GEMMIS

CHARIOREM

SEBASTIANUS ALISCHERUS

P. L. C.

HUJUS ÆDIS DIACONUS

Non quidem invitus

MULTIS TAMEN CUM LACHRYMIS

& Suis

ET LIBB. SEX SUPERSTITUM

S. H. L. P.

VIX ANN. XLIII. M. VIII. D. XIII.

Ob. D. XXIX. MART.

A. CHR. MDC LI. CONJ. XX.

QUID JUVAT, O CHARI, LACHRYMIS ASSUESCERE? VIVO;
INQ; TUO JESU DORMIO TUTA SINÛ.

AMOR (S) O (S)

